

FLORA.

N^o. 6.

Regensburg. Ausgegeben den 7. März. **1862.**

Inhalt. W. Nylander, Ad lichenographiam Groenlandiae quaedam addenda. — Professor Schultz-Schultzenstein, Vorträge über die Entstehungsgeschichte der Lebenssaftgefäße. — Tulasne, Selecta Fungorum Carologia (Schluss.) — Necrolog. — Verzeichniss der i. J. 1862 für die Sammlungen der kgl. bot. Gesellschaft eingegangenen Beiträge.

Ad lichenographiam Groenlandiae quaedam addenda. Scriptum W. Nylander.

Nuperrime cl. J. Lange ad determinandum mihi submisit collectionem lichenum in Groenlandia a D. J. Vahl factam; inter quos lichenes quum nonnullos vidi nondum pro regione illa hyperborea indicatos, eos enumerare hic liceat atque simul observationes notare circa species paucas novas vel ante minus cognitatas.

1. *Collema plicatile* Ach. Sterile, non bonum.

2. *Cladonia degenerans* f. *trachyna* (Ach.) Nyl. Lich. Scandin. pag. 54.

3. *Cl. cenotea* (Ach.) Schär.

4. *Dactylina arctica* (Hook.) - Nyl. - *Syn. Lich. I.*, p. 286. Sterilis, sed spermogonifera. Spermogonia extus punctiformia minuta nigra vel nigricantia, conceptaculo ceteroquin incolore, versus apicem podetiorum sita, immersa nec protuberantiam ullam exhibentia; sterigmata pauci-articulata (ut saepius in genere *Parmelia* formata); spermatia recta cylindrica gracilia, longit. 0,005 millim., crassit. vix 0,001 millim.

5. *Platysma Fahlunense* Nyl. *Syn. Lich. I.*, p. 309. Vulgo

confunditur cum *Platysmate commixto* Nyl., quod e Groenlandia haud vidi.¹⁾

6. *Peltigera canina* Hffm. Simul *P. pulverulenta* Tayl., quae (sicut in *Lich. Scandin.* p. 90) minus est distincta quam primo visu apparet.

7. *Umbilicaria sclerophylla* Nyl. — Thallus olivaceo-fuscus (vel partim cinereo-fuscus) minor (latit. circa 1-pollicaris) firmus crassulus, varie divisus, supra rugulosus et rimosus (vel ibi rimoso-diffractus), lobis crenatis et subimbricato-complicatis, subtus fusco-pallescentis vel fuscus tenuiter granulatus vel granulato-areolatus, rhizinis fibrillosis hinc inde visibilibus (vel parum evolutis et fere deficientibus); apothecia mediocria gyrosa: spora 8nae breviter ellipsoideae, longit. 0,009—0,011 millim., crassit. circa 0,007 millim. — Ad Holsteinsborg. — Thallo rigidiore, subtus absque hirsutie, etc., differt a *polyrhiza*.

8. *Squamaria melanophthalma* DC.

9. *Lecanora fulvolutea* Nyl. *Lich. Scandin.* p. 146. Est *Lecidea fuscolutea* Ach. et auctorum pro max. parte, ut antea animadverti, sed minime est *Lichen fuscoluteus* Dicks., quod nomen respicit *Lecideam* vicinam *pezizoideae* Ach.

10. *L. Dicksonii* (Ach.) Nyl. *Lich. Scandin.* p. 155.

11. *L. rhaetica* (Hepp. ex Arn. Exs. 117) var. *hyperborea*. Differt a typica thallo minus depresso, sporis pariete crassulo (vel halone involutis) multo majoribus (longit. 0,032—42 millim.).

¹⁾ Cl. J. E. Zetterstedt in alpebus Norvegiae 1858 legit *Platysmatis* speciem novam (ipseque eam tamquam novam agnovit mihi que misit), quam dixi *Platysma polyschizum*; affine est *Fahlunest*, sed differt thallo olivaceofusco-cinerascente (in statu humido virescente), magis diviso, laciniis angustioribus (latit. 0,5—0,75 millim.) magisque imbricato-confertis, subtus osseo vel osseo-spadiceo. Spermata habet ut *Pl. Fahlunense*. Comparanda est *Cetraria nigricans* Nyl. quam speciem arcticam affirmatio (solitae indolis) Friesiana vellet haud differre a *Cetraria islandica*; „equidem subsimilem stirpem Upsaliae legi“ dicit (*Flora* 1861, p. 450). Subsimilem quoque stirpem meo *Nephromio expallido* sine dubio viderit, transitus sibi admodum placentes offerentem, quoniam eam etiam speciem arcticam delendam statuit adversarius Upsaliensis; attamen in Lapponia orientali omnino similis occurrit ac in alpe Dovre, nec demonstrare valeat ullus Fries, notas a me indicatas rejiciendas esse. Vel ane stratum gonidiale viride et thallus cephalodii peculiaribus pyrenodeis munitus typum expriment distinctum? Granula gonima viridia in *Nephromio expallido*, aequae ac in *Solorina saccata*, *Peltigera aphthosa* etc. colorem dant laete viridem thallo humido, quod certe characterem sistit maximi momenti differentiamque insignem a speciebus thallo humido obscuro (e strato gonimo obscuro) nec bene virescente.

crassit. 0,017—21 millim.). — Ad rupes quarzosas. — Haec species optime, aequae ac *Lecidea tenebrosa*, inter Lecanoras disponenda sit prope cineream.

12. *L. rhypariza* Nyl. *Lich. Scandin.* p. 169, thallo minus evoluto. Sporae in hac specie saepe 1-septatae. ¹⁾ — Supra terram.

13. *L. varia* var. *saepincola* (Ach.) Nyl. *Lich. Scand.* p. 164.

14. *L. subfusca* var. *atrynea* Ach.

15. *Lecidea hilarescens* Nyl. — Similis *Lecideae hilari* Nyl. l. c. p. 198, sed differens hypothallo (substrato) nigro, apotheciiis minus marginatis, paraphysibus distinctioribus; ceteris notis et praesertim facie externa satis conveniunt. — Supra terram turficeam.

16. *L. vernalis* var. *subduplex* Nyl. l. c. p. 201.

17. *L. incongrua* Nyl. f. thallo subimbricato-granuloso albo vel. albido.

18. *L. Dovrensis* Nyl.

19. *L. lupicida* Fr. typica et simul *L. lithophila* var. *ochracea* (Ach.) Nyl. *Scandin.* p. 227, et *L. polycarpa* Flk.

20. *L. glaucomaria* Nyl.

21. *Endocarpon botularium* Nyl. — Thallus olivaceo-fuscescens vel lurido-fuscus opacus squamosobullatus vel juga turgida vel subcylindracea difformia sistens et varie disposita (1—2 millim. lata); apothecia pallida, perithecio fuscescente vel nigricante; sporae ellipsoideae simplices, longit. 0,017—19 millim., crassit. 0,007—8 millim. — Supra saxa granitica.

22. *Verrucaria microspora* Nyl. *Pyrenoe.* p. 27. Thallus tenuis fuscescens. Apothecia perithecio dimidiato-nigro; sporae ellipsoideae, longit. circa 0,008 millim., crassit. circa 0,0045 millim. — Ad saxa granitica prope Julianshaab.

Professor Schultz-Schultzenstein, Vorträge über die Entstehungsgeschichte der Lebenssaftgeläße.

Wir können in der Botanik die Beobachtung über Beobachtungen machen, dass in einer Zeit, wo man überall nur sinn-

¹⁾ Interdum 2-septatae, et forte quoque 3-septatae occurrant, sicut in comparanda *Lecanora carrescente* (Mudd.) scotica. Sporas subsimiles (3-septatas, sed paullo minores) habet *L. erythromma* Nyl. in hb. variis (Lechl. Pl. Maclov. 58), ex insulis Maclovianis.

ZOBODAT - www.zobodat.at

Zoologisch-Botanische Datenbank/Zoological-Botanical Database

Digitale Literatur/Digital Literature

Zeitschrift/Journal: [Flora oder Allgemeine Botanische Zeitung](#)

Jahr/Year: 1862

Band/Volume: [45](#)

Autor(en)/Author(s): Nylander William

Artikel/Article: [Ad lichenographiam Groenlandiae quaedam addenda. 81-83](#)